

De erroribus circa preceptū

qua sunt evidentia docet ad deum esse. Et hoc propter errores phorū & ratiozum sicut in proposito de preceptis moralibus que licet sint evidentia bene dispositis in iudicio rationis / tamē ex consuetudine puerfa et aliunde / multi contingunt errores / ut hocci dixerunt esse opus maxime virtutis se ineficere / et in quibusdam regionibus dicunt esse religiosum occidere parentes senes &c. Item de multitudine vrorum de furis rapinis / de adulteris in quibus errant homines / nisi per legem divinā doceant / exemplū possessioni in casu nostro presentē &c. Nota tamen quod ad assentiendū catholicis / cuiuscūq; veritati quāntūq; scias per experientias vel demonstrationē / requiritur fides infusa / que monstrat et ostendit rationem obiectam credendi / istam quod deus talem veritatem tradidit aut iussit per se immediate vel per ecclesiam aut scripturam sacram. Nota quod modo nulla est nova heresis / et quod determinatio pape non est nisi declaratio vel adiectio penę. Nota ockam libro secundo prime partis per totum. Nota quid est explicite de fide / illud scilicet quid vere et clare sequitur ex his que sunt pure de fide et explicite continentur in scriptura. Unde quod christus habuit neruos non explicite sub hac forma. Similiter quod non omnis mulier habens capillos nivos non potest interfici a quocūq; sed sequitur evidenter ex scriptura. Nota quod nulla est querela dñorū / ipsius quoniam possit ad conciliū deduci generale terminanda / si reducatur ad licitum et illicitum / iuxta considerationem vltimam illius sermonis / per sperum iter. Deinde notandum est quod in hoc actu plurime rationes sunt inducte et ad declarationem secunde partis. Sed quoniam alibi sunt tā epilogando quā laciozī sermone deducite / istis committuntur. Tandem revolando ad principium recitabatur quemadmodum fectus ad paulum se defendentem / dicit in sanis paulo / multe te litere ad insaniam cōvertunt. Non insanio. respondit paulus opame feste / sed veritatis. et sobrietatis verba eloquens. De hinc cōversus ad agrippam credis inquit. Rex agrippa / propheta / scio quod credis. Sic longe amplius habeo fas dicere vnicuique vestrum. Reverendissime patres et domini ac doctoroz omni sapientia et doctrina plenissimi / quod creditis prophetis. Illi autem testimoniū dant de decem preceptis / et de sequentiū coruz

quod divina veritate fundata sunt et ad credendum. licet intelligatur imposita. Varias igitur agēs quod patienter ut obsecratio facta erat / me audistis. Sit oroz merces vestra deus / quia quid tribuam non habeo. Credite ut facitis veritati / et tempore liberaverit vos / et in eterna tabernacula sua luce perducet. Prestante eo quod que veritas et gratia facta est Iesu christo qui est deus benedictus in secula. Amen. Finit.

Alius sermo eiusdē

Contra assertiones magistri Jobānis parvi circa preceptum Non occides.

Portet hereses esse sicut dicit apostolus. i. corinth. xi. ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis probati inquam per fides in intellectu / per caritatem in affectu / per exercitacionem in effectu. Providentia nimirum divine sapientie / que attingit a fine vsq; ad finē fortiter / suaviters disponit oia. sapie. viij. non sineret mala fieri. teste aug. si non posset sciret et veller inde bona elicere / disponens finem amoris pueri ad finē finis boni atq; gloriozi / quod vidit apostolus dum ait. Scimus quoniam diligentib; dei omnia cooperantur in bonū. Et sic omnia inquit Herido karthies ut etiā aliena mala imo et propria dum ex peccato consurgit quis builior. Firmiter hic et heresibus hoc salubre quatenus sicut corde creditur ad iustitiam / ita fiat ore confessio ad salutē. ad Roman. x. profutendo scilicet fidem suam extrinsecus / quod cadit sub precepto obligante ad semper non pro semper / nisi casibus certis / qui possunt ad presens quattuor nominari. Unus est coram infidelibus et tyrannis sicur tempore martiriū. Alter coram perfidis hereticis ut tempore doctoroz. Tertius ad testificandū vel respondendū sicut fit coram iudicibus. Quartus doctrinaliter et iudicialiter erudiendū sicut fit a prelatiis et doctoribus. In casu primo exercetur patientia uti bymnus loquitur. In secundo sapientia et plerumq; constantia / iuxta dictum augustini. In tertio meritum acquiritur / ut dum petrus respondit / tu es christus filius dei viui / dicit glosa quod fuit hoc meritum. In quarto doctrinale et pastorale officium exercetur. Jo. x. et Mathei. vltimo Malachie. ij. et petri. iij. &c. Ex qua distinctione protinus elicitur / quod quia profe-